

quaevā mihi videtur hæc tua de posteritate
sollicitudo: quæ necessitas allatura est, huma-
no consilio repelliri nequeunt aut immutari:
nam & princeps poætarum cecinit. Non po-
tis est fixas parcarum auertare leges. SyL.
Quæ postremo de vi fatorum adieciſti, in-
explicabiles aufractus habent: opinor hæc
in ſcrinio Iouis tantum feruari, nunquam
ad mortales peruerſiſſe. Itaq; ne videamur
in tenebris palpare ſatiuſ eſſe puto nos quæ
ſtioneſ hanc ſilentio prætermittere. C&S.
Redeas igitur ad iſtitutam diſputationē.
SyL. Non iſſicior equidem res humanaſ
mutationibus obnoxias crebro fortune vo-
lubilitatem experiri: nec enim cuiquā dubi-
um eſt, nihil aethernum conſtantue celi am-
bitu complecti, nullius pedes adeo incōculi-
ſa ſtabilitate figi, vt proni ad lapsū nō ſint.
Quapropter non ſumus ita leues vt ſpere-
muſ dominationem Romanam cuncti ſae-
culiſ duraturam: cæterum ſeſilē optamus
ac diuturnam. C&S. Atqui vereor ne mul-
torum opinioſ ſit eam nimis diu floruiſſe in
magnis præſertim ſeditionibus & malis in-
teſtinis. Cogita quādiu reges vrbi præfue-
ſint, quamdiu reſpublica per conſules admi-
nistrata ſit, longam ſeriem annorum inue-